

16

DISSERTATIO
DE
DEPOSITO
MISERABILI,

Quam

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO

U. J. D. & Prof. Publ.

In Auditorio JCTORUM

ad d. Aug. habebis

CHRISTIANUS SÖLDNERUS

Nordhufanus.

JENÆ, Typis GOLLNERIANIS ANNO 1680.



INCLUÆ ET PERVETUSTÆ
REIPUBLICÆ

MAGDEBURGENSIS

SPLENDIDISSIMO SENATORIO
ORDINI,

VIRIS

MAGNIFICA AUTORITATE, RERUM AGENDA-
RUM PRUDENTIA, CONSILIORUM GRAVI-
TATE, DOCTRINÆ VARIARUM QUE
VIRTUTUM FULGORE MAXI-
ME CONSPICUIS


DNN.

CONSULIBUS,
SYNDICO,
CAMERARIIS

Cæterisque ad Clavum Regiminis sedenti-
bus, Patronis suis æternum colendis

Ut publicum gratæ mentis testimonium
Et iusta studiorum constet ratio

*hocce exercitium academicum
sacrum esto.*



MUnus, quod heic offero, si aut ex ve-
stra, PATRONI HONORATIS-
SIMI, aut ex sua dignitate specte-
tur, perexiguum est; Si tamen ex
animo, magnum. Ex eo tempore,
quo valedixi Musis Magdeburgensibus, quibus
multum me debere sine ingratitude nota nun-
quam dissitebor, id dedi operam, ut beneficia à
Vestris Nominibus benignè hausta benè locaren-
tur, meque ita exhiberem aliquando, ut publicæ
rei pro modulo virium, distributore Deo, operam
non nullam possim satis offerre. Philosophiæ
ac juris elementa me docuit incluta *ad Elmum Juda;*
Ad solidiorem scientiam eruditionisque fastigi-
um perveniendi viam adhuc monstrat Illustris le-
gum nutrix *Salana.* Ita nihil à discessu mihi anti-
quius, nihil sanctius fuit, quàm pendere ab ore
manu ductoris, ex cujus consilio atque instituto
exornandi juris Civilis, majorem indies caperem
fructum. Ut autem miles vix laudabitur, quan-
do diu à pugnando cessavit, raroque de virtu-
te sua gloriabitur, nisi semel iterumque steterit

in acie, vulnera enumerans. Sic opprobrium
duco in Studiorum universitate latitanti, si in pu-
blico conflictu nunquam sit conspectus, ingenii-
que viribus pepercerit, easque nulli exposuerit pe-
riculo. Equidem vociferationum iracundarum
plenis disputationibus cum Seneca non applau-
do, nam veræ Philosophiæ gravitate & sancti-
monia indignæ sunt; sanas duntaxat complector.
Quicquid autem horum est, tanti id sanè non æ-
stimo, ut oculis Tantorum Virorum, DOMINI
ÆSTUMATISSIMI, ad gratiam comparandam
offeratur, quin seriò exoptem, ut mens & quò
audax hæcce pagina tendat, attendatur. Æstu-
mate cultum & obsequium, quem Vestris Auto-
ritatibus exhibere in felicitate mea pono quàm
maximè. Soletis æstimare integritatem, stu-
dia atque labores hominum, quibus volupe est
non in imis hærere, licet per sortem in secundis
subsistere iis contingat. Favete hisce conatibus
meis, ut benigni humanæ imbecillitatis æstimato-
res solent. Capite munus hoc, non pretium, quo
me devinctum liberem; sed pignus ut obstrin-
gam. Rivulos vestræ benignitatis in me deri-
vate atque re ita ferente de studiis meis faven-
ter promovendis cogitate. Equidem de hac scri-
ptione non magnopere laboro, quod sentiat ma-
lè fa-

lè favens, tamen in eo mihi placere non indignor,
quod incluta vestra nomina titulorum & clypeo-
rum instar ictibus ac insultibus malefactorum
opposuerim, ex quo omnem auctoritatem huic
meo labori accessuram minime dubito. Pro æ-
quanimitate vestra & candore ætati & tenuitati
meæ, & tempori aliquid indulgete. DEUS Triu-
nus servet Vos, PATRES, totamque vestram Civi-
tatem, & protegat ad sui nominis sacratissimi
gloriam, & subditorum utilitatem, omnesque a-
ctus & consilia ad tranquillitatis dirigat conser-
vationem. Dabam Jenæ d. 15. Aug. 1680.

*Magnific. Nobiliss. & Prudentiss. Am-
plitudinum Vestrarum*

Devotus Client

CHRISTIANUS SÖLDNERUS

B. C. D



B. C. D.

DE

DEPOSITO MISERABILI.

THESES. I.

D*epositum* ex eo dictum est, quod ponitur; & hinc præposito *De* auget depositum, ut ostendat totum fidei ejus esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet, teste Ulpiano *in l. 1. pr. ff. deposit.* Vocatur aliàs *Commendatum*; & hæc tria *deponere, commendare & custodiendum dare* in jure promiscuè accipiuntur *l. 24. l. 26 pr. ff. deposit. l. 6. § 9. C. cod. l. 186. ff. d. V. S. Romanus consil. 350. incip.* *In casu proposita in pr. ibique Mandos. in addit.* quamvis accuratè loquendo *commendatum* latius pateat, quàm *depositum*, cum *depositum* *commendato* includatur hætenus, quatenus omne *depositum* est & dici potest *commendatum*: qui enim *deponit*, etiam *commendat*, sed non contra, omne *commendatum* est *depositum*, cum *commendatum* etiam prædicetur de laude & testimonio, dum quos *commendamus*, laudare, & literis *commendatiis* ornare dicimur *Gædd. ad d. l. 186.*

Th. II. Variè sumitur: Quandoque pro *re abjectâ & desperata*. Ita Cicero: *Itaque mihi videor magnam & maximè agram, & propè depositam Republicæ partem suscepisse.* Quandoque pro *destructione & demolitione*. Sic tigna *deponere* dicitur *in l. 38. §. 5. ff. d. V. O. ædes demolitæ, depositæ nuncupantur l. 23 §. fin. ff. d. usucap.* Quandoque pro *ipsa re deposita*, veluti cum dicitur, quod *depositum* restitui debeat *l. 1. §. 22. l. 5. §. fin. l. 11. §. 1. ff. deposit. l. 9. §. 2. ff. quod met. caus. l. 4. §. 3 ff. fin. reg. l. 8 pr. ff. si serv. vindic.* Quandoque pro *contractu*, quo quis penes primum, quid

quid deponit, ut illud asservet & custodiat. l. 7. §. 10. d. p. a. l. Quæ significatio hujus loci est. Et describitur quod sit contractus realis, bonæ fidei, quo res aliqua alicui traditur custodienda, ut eadem illa res in specie, & quidem gratis, restituatur, quando cum que deponenti liberit §. præterea Inst. quib. mod. ve. contrab. oblig. l. 1. §. 5. d. O. & A. l. 1. §. 8. & 9. ff. de positis. l. 11. C. eod.

Th. III. Hujus contractus tria præcipuè sunt genera, (I.) *Simplex* seu privatum, quod in thesi proximè præcedenti descriptum est. (II) *Sequestrum*, quod est rei litigiosæ à pluribus facta depositum, estque rei tam immobilis, quam mobilis Mozzius d. *contractib. cap. 1. n. 5.* fitque vel conventionem partium, vel jurisdictionis necessitate ex justis causis, v. g. si timor sit de dilapidatione rei quæ petitur sequestrari l. 22. §. 8. ff. solut. matr. (III.) *Judiciale s. Publicum*, quando debitor creditori suo offert debitam pecuniam, eamque creditore recusante consignat, & autoritate judicis competentis in locum publicum deponit eum in finem, ut debitor ab obligatione liberetur Roland. à Valla vol. 1. consil. 53. n. 36. vocatur aliàs *Depositum Justitiae* Joh. Baptist. Asinius de exerc. §. 1. 6. 4. *Depositum Juris* de quo peculiaris extat dissert. D. Lauterbachs. de deposito juris.

Th. IV. *Depositum simplex* iudem fit vel *deliberatò*, vel *ex mentis quadam conservatione*, ut quidem adfit voluntas, sed non prælecta. Seu *Depositum præ se fert voluntatem* vel enixam, quæ pro effectu habet integrè voluntarium atque omni ex parte perfectum, quod Jc'is dicitur animi destinatio l. 6. C. d. jur. deliber. animi præpositio l. 225. d. V. 5. Vel remissam præ se habet voluntatem, scil. ob aliquam necessitatem sine deliberatione, quæ cum electionem integram non habeat, facit aliquid, quod positus ponendis vix faceret. Quod ingruente malo v. g. *tempore incendiis, tumultus, ruinae, naufragis, vel similibus subitorum casuum*, v. g. ob terrorem vel incursum hostium latronumve fit, Doctores id vocant *DEPOSITUM MISERABILE* vid. Magnif. D. Struve *Syntagm Jur. Civul. exerc. 2. th. 42.* D. Mollenbecius *Division. juridicar. centur. 2. th. 15. lit. b.* exinde appellatum, quia deponens miserè affligitur, dum non satis temporis habet ad eligendum vel certum locum, vel personam, & propter talem casum

Sim dignus sit misericordiâ Harprecht. ad §. 17. *Inst. d. actionib.*
Quod cum in jure unum alterumve peculiare habeat, lubuit in-
presentiarum de eo instituere discursum; quem Deus dirigit.

Th. V. Est autem *Depositum Miserabile*, quando in periculo
constitutus alteri rem suam custodiendam tradit, ut in individuo resti-
tuatur. Quale depositum habet causam vel *Communem* vel
Propriam. Causa communis consistit in causa Efficiente, tam
remota, quàm propinqua, in Materia, & Forma partim in Effec-
tu, & Contrariis. Propria spectatur in certo effectu. De quibus
singulis dispiciendum est.

Th. VI. *Causa efficiens* remota est jus gentium § 7. *Inst. d.*
jur. nat. gent. & civ. Est enim hic contractus antiquissimus, prout
exempla in sacris literis, inprimis in Veteri Testamento testantur.
Sic Tobias certam pecuniæ summam, & quidem decem argenti
talenta apud Gabelem cognatum suum in Rages, Medorum ci-
vitate, habitantem deposuit *Tobie cap. 4 v. 21. cap. 22. v. 7.*
Exod. 6. Propinqua est Consensus contrahentium cum traditio-
ne rei conjunctus. Contractus enim non est, nisi habeat consen-
sum l. 1. §. 3. ff. d. *partis*. neque tamen solus sufficit contrahentium
consensus, sed interventus rei desideratur; hinc re dicitur depo-
situm contrahi §. 3. *Instit. quib. mod. re contrah. oblig.* Nec depo-
situm adhuc est, licet convenerit, ut res deponeretur, nisi fue-
rit tradita Rittershus. ad §. 3. *Inst. cod.* Non solum autem verus
Dominus deponit, l. 17. §. 1. ff. *depositi* verum etiam alius qui jus
in re habet, utpote Creditor ratione pignoris in securitatem cre-
diti sibi constituti l. 9. C. d. *pignor. action.* imò prædo & sur
l. 1. §. 39. l. 31. §. 1. ff. *depositi*. Bald. *consil.* 480 Nec solum, ipse Domi-
nus sed etiam Procurator jussu à Domino habens, deponere
potest d. l. 1. §. 11. Neque unus solum, sed & plures, ita tamen
ut conventio & tenor depositi attendatur, qui, si ita conceptus
fuerit, ut ab uno quolibet totum repetere liceat, cuilibet ad repe-
tendum depositum competit actio in solidum, secus si pro parte
solum depositio facta est, eo casu singuli interesse suum prose-
quuntur Rochegall. in l. 11. ff. d. *duob. reis §. sed si quis n. 2.*

Th. VII. Sunt verò personæ, quæ deponere nequeunt, ad
hunc scilicet effectum, ut contraria depositi actione ipsi tenean-
tur,

cur, & repelluntur vel *Natura*, vel *Legē*. Prioris generis sunt *Infantes*, cū nullum sensum nullumque intellectum habeant §. 9. *Inst. d. in un. stipul. l. 32. §. 2. ff. de acq. vel amitt. possess.* & cū *Furiosi* omni intellectu, omniq; iudicio destituantur §. 1. *Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* deponere haud valent, modò continua mentis alienatione perpetuoque furore laborent; Secus est, si certa, distincta & dilucida habeant intervalla *arg. §. 8. Inst. d. in un. stipul. D. Fromman d. iure furiosor. singul. membr. 1. th. 10.* *Furiosis Prædigi* æquiparantur *l. 12. §. 2. in fin. ff. d. tutor. & curat. dat.* Nec non *Pupilli*, si per se quid recipiant, non obligantur; Si tamen Tutorum accedat autoritas, dubium non est, quin rectè deponant *arg. l. 43. ff. d. O. & A.* Idem dicendum est de *Minoribus* *l. 3. C. d. in integr. restit. minor.* Posterioris generis sunt *Servi pœnæ*, qui ob crimen aliquod commissum ad mortem damnati sunt: hi enim, quantum ad actus civiles attinet, mortui censentur & *Deportati*, quia & hi quoad jus civile habentur pro mortuis *Schneidv. ad §. 3. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.*

Th. VIII. *Materia depositi* sunt res omnes, quæ sub custodiam hominis cadunt *l. 31. ff. de pos.* Sive res mobiles sint, sive immobiles, *arg. l. 72. ff. d. V. O.* De hisce quidem, nempe immobilibus, dubitant nonnulli, at benè *D. Franzk. in comment. ad tit. ff. de positi n. 6.* ait: *Licet forsan primæ originis depositi depositio rerum mobilium magis quadrare videatur, cū immobiles locomoveri nequeant, nec propriè poni possint nec deponi: attamen tractu temporis, ut fieri solet, paulatim illud etiam ad res immobiles extensum fuit, exemplo commodati l. 1. §. 1. l. 5. §. 4. commodat. Nam & traditandem res immobiles caperunt, utut illud originationi illius vocabuli, quod de manu ad manus dationem significat, parum conveniat l. 4. d. usur. l. 72. d. verb. oblig. l. 1. l. 3. l. 6. §. 2.* Non autem solùm res propriæ deponuntur sed & alienæ *l. 31. §. 1. de pos.* cū nihil ad depositarium transferatur *l. 17. §. 1. ff. eod.* Sic fur & prædo spolia sua rectè deponunt *l. 1. §. 39. ff. eod.* & contra depositarium, si depositum restituere recuset, datur actio depositi *l. 64. ff. d. iudic. nisi quis apud verum dominum deposuerit, tunc ex deposito non tenetur l. 15. ff. & l. 31. in fin. de positi. Wesenb. in parat. ff. eod. n. 4.* Rei ergò propriæ, quæ propriæ depositum nullum

est; quod tamen cum hoc temperamento intelligendum est, si pleno jure dominus sit, nec alius quicquam legitimi juris in ea prætere posse. Unde est, quod possessio, quæ penes alium est, alteri, cujus est proprietas, auferenda omnino recipi possit, *arg. l. 6. §. fin. ff. d. precar. l. 28 ff. d. acq. vel am. poss.*

Th. IX. Forma deponiticaque intrinseca seu essentialis est ut res actualiter tradatur, qualem traditionem hicce contractus cum reliquis contractuum realium speciebus habet communem tot. ut quib. mod. re contrah. oblig. Eum autem in finem sit traditio, ut res custodiatur, ita ut neque usus, (& sic differt à commo- datò *l. 1. §. 1. l. 19. §. 1. ff. commodat.*) neque possessio, (eo casu differt à sequestratione *l. 17. §. 1. ff. depos.*) neque dominium (inde differt à mutuo, in quo dominium transtertur *pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*) in depositarium cadat. Et quidem ut custodia gratis suscipi debeat sine præstatione mercedis, cum alias, si quid pro ea promittatur, in alium contractum, vel locationem, conductionem *l. 1. §. 50. vestimenta s. ff. deposui* vel in innominatum incidat, *l. 1. §. 9. ff. eod.* non tamen impedit natura contractuum gratuitorum, quò minus honorarium aliquod pro remuneratione officii præstiti accipere possit depositarius *l. 2. §. si in re deposita ff. d. furt. Treutler. disp. 26. th. 1. lit. E.* & restituatur res deposita *in specie*, per *§. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* ibi *quia & ipse de eare, quam accepit, restituenda tenetur.* Et quidem quancumque deponenti placuerit *l. 11. C. deposit.*, adeo ut nec exceptio compensationis, vel deductio vel exceptio doli locum habeat; *An autem ius Retentionis ob factas in depositum expensas depositario competat?* Affirm. vid. *D. Struve exerc. 21 th. 23. verb. excipiuntur & th. 44. ibique Evolutiones.* Formam quod attinet *Accidentalem*, ad eam referenda sunt pacta, quibus subinde depositum informatur; ad quam pertinet si quantitas deponatur v. g. certa pecunia non ob signata, vel alia res fungibilis ad numerum ut in *l. 25. §. 1. ff. depositi l. 21. ff. locati* vel si expressè constituatur, ut res non in specie, sed tantundem restituatur, & sic non ad solam custodiam, sed etiam ad usum simul accipienti concedatur; Quale depositum quia notissimos depositi terminos excedit, *Dd. irregulare, Franzk exerc. 9. q. 8. Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 26. th. 6. & 7.*

Eo ipso enim id actum videtur, ut abire debeat in creditum, ut depositarius uti possit, & ad tantundem teneatur *d. l. 25. §. 1.* Idem dicendum, quando pactum est de usuris *d. l. 24. in fin. l. 26. §. 1. ff. de possit.* quia impossibile est usuras currere nisi translato usu & dominio, quippe consequens tacite implicat necessarium suum antecedens Molin. *tract. d. usur. n. 630. & seqq.* Franzk *ad ff. de positi. n. 27.*

Th. X. *Finitis* depositi est, ut res deposita custodiatur, hicce enim contractus eò tendit, ut in salvo res collocetur, neque domino intervertatur & pereat. Non enim semper & ubique rerum nostrarum possumus esse custodes, sed alterius implorare auxilium necesse habemus, ut easdem asservet. Hinc regulariter deponentis gratiâ fit *l. 5. §. 2. ff. commodat.* quamvis etiam depositarii *l. 4. in pr. ff. d. reb. cred.* & tertii cujusdam utilitas *l. ult. §. 1. C. d. bon. ant. jud. poss.* in eò tertii & deponentis quandoq; verferetur *l. 19. C. d. usur.* Bachov. *ad Treutler. vol. 1. disp. 26. th. 3. lit. B. & C.*

Th. XI *Effectus* est in obligatione, & ex hac descendente actione tam directa, quam contraria. Est autem depositarius principaliter obligatus deponenti, secundario & ex post facto & hic depositario. Ille obligatur ad custodiam rei traditæ præstandam, nec ultra dolum & latam culpam tenetur, sed securus est cum nihîl lucri ex re deposita, sed potius oneris & incommodi sentiat *l. 5. §. 2. ff. commodat. l. 23. ff. d. R. J.* Neque est, quòd in *d. l. 23* mentio fiat vocula *tantum*, quasi depositarii doli duntaxat, non etiam lata culpa in hanc obligationem veniat; Istæ enim particula taxativa *solum, tantum*, saltem dicuntur ad remotionem eorum in quibus minor ratio militat, Eberhard in *topic. loco III. à natura dictionum taxativar. n. 2.* Latam verò culpam in contractibus dolum esse, dolo æquiparari, ac doli appellatione venire constat ex *l. 226. d. Verb. Signif.* Carpzov. *lib. 5. resp. 13. D. Præfes in Colleg. publ. ad l. 23. d. R. J.* Culpâ tamen ista in concreto & persona depositarii cerni debet, ut sive is diligentissimus sit, non minorem, sive negligentissimus, nec majorem in deposito quàm in suis rebus diligentiam præstare teneatur *l. 32. ff. de positi. D. Franzk. in comment. cod. n. 79. & seqq.* Hinc depositarius non tenetur rem depositam suis præferre, quando utrasque salvas facere

nequit arg. l. 5. §. 4 ff. commodat. D. Struve *Synagm. jur. civil. exerc.* 21. th. 37. Fallit tamen regula ista, quod nempe dolus & quæ ipsi comparatur lata culpa tantum præstetur, in deposito irregulari, & iis casibus quando merces intervenit, sive honorarium, tunc enim levis præstatur culpa à depositario l. 5. §. 2. ff. *vi bonor. raptor* vel si proprium interesse depositarii versatur & aliqua utilitas ex deposito ad ipsum redundat, quod accidit in nautis, cauponibus, stabulariis, qui etiam ad levissimam culpam tenentur l. 3. §. 1. *naut. camp. stabular.* & si deposito quis se obtulerit ad culpam levissimam præstandam tenetur l. 1. §. 35. ff. *deposit.* vel quanto specialiter convenit inter contrahentes, ut omne periculum & culpam præstet depositarius l. 1. §. 6. §. 36. *deposit.* D. *Præses ad d. l. 23. Dixi: si ita convenerit:* Nam regulariter in nullo bonæ fidei iudicio, quale est depositum præstari solent casus fortuiti §. 2. *Et ult. Inst. quib. mod. re contrah. obl.*

Th. XII. Quandocunque deponenti libererit, potest rem depositam reposcere, licet depositor certum adjecerit tempus, intra quod nollet reposcere, mutare enim voluntatem meam non prohibeor l. 1. §. 45. *cum seqq. ff. deposit.* restituere debet depositum cum fructibus, accessionibus & omni causa §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. §. 24. cod.* Num autem usuræ propter moram factam peti possint? Affirm. per l. 29. §. 1. ff. *Et l. 2. C. deposit.* Idem dicendum est si depositarius rem vel pecuniam in suos usus converterit, l. 3. *Et 4. C. deposit.* Quandoque tamen non res ipsa sed ejus æstimatio præstatur, uti casus est in l. 1. §. *ultimo ff. cod.*

Th. XIII. Aliquando actio propter depositum ex L. Aquilia datur contra illum, qui causam præbuit, ut res mex depositæ auferrentur ab alio, qualem casum habet D. Brunnem. *cent. 4. dec. 1. 51.* ubi Flaminius quidam cistam deposuerat plenam pretiosis vestibus. Sed Bertha Sempronii soror militibus discurrantibus illam cistam prodiderat, quam etiam aperuerant, & diripuerant. Flaminius convenerat Bertham ex L. Aquil. & tunc lata est sententia: *Wurde Flaminius die in actis befindliche Specification und æstimation der Sachen eyndlich erhalten / Eowähre*

wahre Beuthe solchen Werth Flaminio zu erstatten schuld ig/
cujus ratio est in l. 9. C. unde vi.

Th. XIV. Et quamvis depositarius regulariter teneatur rem depositam tantum in *simplo* restituere, l. 1. §. 1. ff. *depositi*. Aliter tamen se res habet in *Deposito miserabili*, quando depositarius doloſe inficiatur seu negat depositum quid apud eum. fuisse, tunc Prætor actionem in duplum concedit, qualis actio mixta est partim rei persecutoria, partim pænalis, ita ut rem depositam, & pœnam simul (rei ætimationem) quis persequatur, §. 7. §. 26 *Inst. d. actionib.* datur ergo actio depositi ratione primæ & essentialis obligationis tantum in *simpulum*, postea verò ex accidenti primum sive ex eventu, nimirum propter inficiationem duplicatur Manzius *ad §. 26. Inst. d. action.* Et hic specialis effectus est depositi miserabilis. Verba Prætoris hæc sunt: *Quod neque tumultus, neque incendii, neque ruina, neque naufragii causa depositum sit, in simpulum: Ex earum autem rerum, que supra comprehense sunt, in ipsum in duplum: In heredem eius, quod dolo malo ejus factum esse nocet, qui mortuus sit in simpulum: Quod ipsius, in duplum judicium dabo.* Et in ead. l. 1. §. 4. Ulpianus edictum prætoris interpretans: *Hec autem separatio, inquit, causarum justam rationem habet: quippe cum quis fidem elegit, nec depositum rediit, contentus esse debet simplo: Cum verò extante necessitate deponat, crescit perfidie crimen: & publica utilitas coercenda est, vindicanda Reipublica causa: est enim inutile in causis hujusmodi fidem frangere. Quæ verba postrema: & publica utilitas &c. magnam videntur habere difficultatam, propter varietatem læsionis vide Cujacium *ad l. 2. C. d. fide & jure hæste.* Robert. 1. *Recept. sentent.* 31. Franc. Duar. 1. *diff. anniversar.* 11. Hunn. *ad Treusler. vo. poster. disput.* 30. th. 2. *quest.* 14.*

Th. XV. Eo casu Prætor nimiam depositarii perfidiam coercere voluit pœna simpli, & merito. Quamvis enim fidem & amicum fallere in deposito turpissimum semper sit; crescit tamen hic perfidiz crimen, & publicè potissimum interest, in hujusmodi causis fidem servari, maximeque inutile sive perniciosum est, in hujusmodi deposito fidem fallere. Non enim in iis casibus electioni locus est sed cuilibet occurrenti etiam ignoto

halem quis habere cogitur, unde meritò tantò improbius factum habetur, si per infirmitatem ex aliena calamitate lucrum capte- tur l. 1. §. 4. ff. *depositi* D. Franzk. in *comment. ff. cod. n. 99.* Arias de *Mesa libr. 2. var. resolut. c. 34. n. 3. & 4.* D. Lauterbach, ad *cund. tit. ff. Mozz. d. divis. depositi n. 16.* Mantica *d. tacit. & ambiguis conventionib. lib. 10. tit. 2. n. 9.* vid. supra *ib. 4.*

Th. XVI. Q. Num actio duplari locum habeat in deposito miserabili, saltem in casu infirmitatis, num etiam in alio deposito simplici eodem negato? Respondet: Duplum non posse peti indifferenter actione, quæ ratione miserabilis depositi instituitur, sed tunc deam, si depositarius vel ejus heredes depositum infirmitur l. 1. §. 1. l. 18. ff. *depositi*. quia textus allegatus in §. 17. *Inst. d. action.* non nisi in negato deposito necessitatis causa factio loquitur, aliàs hac ratione nulla inter simplex & necessitatis depositum esset differentia contra text. l. 1. §. 4. ff. *depositi*. Bachov. ad *Trenil. vol. 1. disp. 26. th. fin. lit. E.* Nec quicquam facit contraria sententia Zahni de *mendacis lib. 2. cap. 26.*

Th. XVII. Q. Num præter quatuor istos in §. 17. & 26. *Inst. d. action.* nempe tumultus incendii, rume & naufragii enumeratos casus adhuc dentur alii eisdem similes, quorum intuitu dici depositum miserabile & per consequens actio in duplum locum habere possit? Respondet. Casus istos referri in dd. §§. non exclusivè, sed declarativè, ita ut extensio habeat locum, ubi eadem necessitatis militat ratio, per c. *prima autem §. 2. vers. sed quia natura 2. Feud. 24.* neque Justiniani mens potuit esse, eas excludere causas, quas natura legum non admittit excludi arg. l. 2. §. 18. d. *vet. jur. civel. add. l. 12. ff. d. LL.* ibi: *ad similia procedere.* Nec obstat objectio Joh. Fabri ad §. 17. n. 5. *Inst. d. 1.* In pænalibus non fieri debere extensionem cap. *odis 15. d. R. J. in 6.* Respondetur: In odiosis & pænalibus interpretationem extensivam locum interdum invenire D. Franzk. in *comment. ad ff. tit. d. LL. n. 46. & n. 51.* Quod etiam probat Sichard ad *authent. non licet C. d. liber. praterit. n. 8.* Si eadem aut major sit ratio. Extra hos verò casus in simplicium tantum competit actio: quia qui negligentem amico rem tradit custodiendam, non ei, sed suæ ipsius facilitati id imputare debet §. 3. *Inst. quib. mod. reconstrah. obl.*

Th. XVIII.

Th. XVIII. Q. Num actio depositi miserabilis in casu infamia
muti a duplum hodie adhuc vivat? Respond. Quamvis Gra-
nevveg. ad l. 1. §. 1. ff. deposit. & ad §. 23. Inst. de action. indefinitè
asserat, hanc pœnam dupli exolevisse, non tamen ubiq; locorum
id ita oblinere præter Jus commune, quod si non mutatum mon-
strari potest, stare adhuc præsumitur, testantur id variorum loco-
rum Statuta. Ex multis p. oferamus Jus Provinciale Wirtemberg.
part. 2. tit. 3. §. ult. ibi: Dem Kläger zusamt den gefleheten Gütern/
noch so viel sie werth fuerstatten / condemnirt und angehalten /
darzu auch / nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen / ernstlich
gestrafft werden / & Reformatio Norimbergens. lib. 1. tit. 15. So
iemand in sorglichen Aufschlauffen / Feuer / Wasser oder dergleichen
Noth zu einem andern etwas fohet / und zubehalten vertrauet /
und der Annehmer / oder sein Erb / der davon ein Wissen hat / sol
dies hernach für sich verleugnen / und dessen überwiesen würde /
so soll er dem Hinderleger zusamt den gefleheten / und eingege-
benen Gut / noch so viel als es werth ist / zu bezahlen und zu er-
statten / schuldig / auch der Obrigkeit Ihm nach Gelegenheit der
Sachen zu straffen / vorbehalten seyn. Certè quod non semper
dictetur pœna dupli, sit quia actor id non petit, vel quia hujusmo-
di homines per se pauperes esse solent, vel quia iudex nescit, D.
Brunnem. ad l. 1. ff. depositi n. 3.

Th. XIX. Heredes in deposito miserabili ob dolum qui-
dem defuncti in simplex, etsi intra annum agatur; ob proprium
verò dolum, etiam in duplum obligantur & conveniuntur l. 1. §.
1. l. 1. ff. deposit. Videatur omnino Franzk. ad ff. tit. deposit. n. 105.
Contra singulares successores hac actio non competit l. 8. C. cod.
D. Lauterbach. ad lib. 16. tit. 3. ib. 3.

Th. XX. Fit autem depositarius, qui dolo malo moratur
depositum reddere, l. 13. pr. ff. depositi vel si malè in re deposita
versatus sit l. 6 §. pen. ff. d. his qui not. infam. vel si invito domino
ad usus suos contrectaverit l. 29. in pr. ff. deposit. sequè patitur per
sententiam ad restitutionem, deponeri faciendam, compelli &
condemnari, infamis, wird ver anrüdigt / treu und ehrlich gehal-
ten l. 10. C. deposit. l. 1 l. 6. ff. d. his qui not. infam. Scilicet si suo no-
mine condemnatur, non alieno, non hereditario: Hinc ita con-
demnatus è Collegio episcum removeri potest Hahn. ad We-
senb.

senb. ff. *deposi. num. uls.* Carpzov. p. 4 c. 45. d. 10. Dixi: *dolo malo.* Namque ubi causa est negandi depositi contractum, aliamque speciem negotii, quod intercessit obtinendi, vel depositarius voluntate domini re deposita usus sit, vel si retinendi non ini-
quus pretextus adsit, inque his omnibus dolus absit, cessi injuriz vel culpæ quidquam accesserit, non irroganda est infamia; Nul-
la enim culpa etiam lata regulariter infamat l. 3. §. *ult.* l. 4. ff. d. *suspect. tutor.* Ut proinde supervacuum sit Reo ceu depositario hon-
norem in sententia reservare; sed sufficiat quævis declaratio ju-
ris, quum appareat non de dolo condemnationem factam fuisse, cum ex temperamento sententiæ eviteretur infamia condemna-
tionis l. 19. C. *ex quib. caus. infam.* Mævius p. 2 *decis.* 240.

Th. XXI. Quamvis Bartolus in actione depositi libellum non exigat propter l. 11. C. *deposi.* Rectè tamen ipsi vulgò DD. & cum iis Sichard. in d. l. 11. n. 4. contradicunt: Non enim de processu judiciario, sed de eo casu, ubi depositarius conventus allegat aliquid, ob quod depositum non restituendum putet, lex exaudienda. Necessarius ergò est libellus eine Klage in quo actio proponitur, cujus formulam exhibet D. Schacherus in *Collig. practic. ad ff. tit. Depositi.* P. P. Ticius saget / daß als unlangjien bey nächstlicher Weile eine Feuers-Brunst entstanden / habe Er in grossem Schrecken/Furcht und Unbesonnenheit Cajo ein versiegelttes und verpitschirtes Säcklein mit Ducaten in Verwahrung gegeben / so er auch von ihme zu treuen Händen / mit Verheissung / solches wol zuverwahren empfangen. Wiewol Er nun verhoffet / Er würde bey solchen unverhofften elenden Zustande einen guten Freund an Cajo angetroffen haben; So muß er doch erfahren / daß Cajo von dieser deposition ganz nichts wissen/weniger zu der Wiederausantwortung sich verstehen will. Weil denn Rechtens/daß derjenige/ dem etwas zu treuen Händen zu solcher Zeit anvertrauet wird/ solches verneinet / und doch hernach dessen überführet wird/ das Depositum zwiefach wieder zu geben pflichtig ist: Als fordert Ticius von Sempronio Antwort/und wenn solche erfolget / bittet Kläger zu erkennen / daß Beklagter/seiner Verneinung ungeachtet/ Klägern das Depositum zwiefach neben den Unkosten zuerschicken schuldig sey/ *Quibus addi*

addi etiam posset: Der dißfalls verwürcten Straffe der Obri-
keit zu erlegen vorbehaltenlich.

Th.²¹ XIX. Juramentum in litem in casu Depositi misera-
bilis locum habet, modò agatur actione directa. l. 1. §. 26. ff. de-
positi l. 3. ff. eod. D. Tabor dissertat. d. in lit. jurand. th. 45. ut addito
hoc libellus juxta ductum D. Frommanni Jci Tubingensis in
colleg. manusc. ad Institut. formari possit: Sempronius saget / Daß
als verwichener Zeit eine grosse Feuers-Brunst alhier nahe bey
seiner Behausung entstanden / also daß auch dieselbe in grosser
Gefahr gewesen / und schwerlich mögen errettet werden / Sempro-
nius in solcher grossen Noth seine Bibliothec, welche mit guten
Autoribus und stattlichen Manuscriptis wol versehen / und Ihm
Sempronio nicht umb 3000. Thlr. wäre feil gewesen / Arnulpho
weil er in der Eil keine taugentliche Person nicht können antref-
fen / anvertrauet / Dieser hat nun solch Depositum angenommen /
und darbey versprochen / dasselbige fleißig und getreulich zu ver-
wahren / Nachdem aber Sempronius in etlichen Tagen hierauff
die anvertraute Bibliothec wiederfordern wollen / hat Er in Er-
fahrung gebracht / Daß Arnulphus dieselbe an einen fremde Buch-
händler so eben damals alhier gewesen / und bald darauf wegge-
zogen / um ein gar schlechtes Geld verkauft / mit Vorgeben / ob wä-
re solche Bibliothec sein recht Eigenthumb / und nun hierauf Sem-
pronius den Arnulphum dessentwegen zu Rede gesetzt / und resti-
tutionem depositi an Ihm gesucht / hat Er sich nicht geschueet
wieder besser Wissen und Gewissen zu leugnen / daß Kläger Ihm
einig Buch / will geschweigen / eine ganze Bibliothec aufzuheben
anvertrauet / Wenn aber dieses ein Depositum miserabile ist / in
quo si depositarius dolose versatus, idque planè inficiatus fue-
rit, actio in duplum datur / l. 1. §. 1. ff. depositi. Als bittet Sempro-
nius zuerkennen und anzusprechen / Daß der Beklagte solche de-
ponirte Bibliothec oder derselben Werth in duplo und also 6000.
Thlr. cum usuris à tempore mortæ & refusione expensarum zu
erstaten schuldig und verbunden seyn soll / Und will sich Kläger uf
bedürffenden Fall zu dem juramento in litem offeriret haben /
Hierüber Nobilit. Judicium officium implorirend.

Th. XXV Sed, quid si quis exorto tumultu vel incendio si-
milive

milive casu cistam, vel valisiam alteri tradat custodiendam, postea verò deponens recepturus dicat, se non omnes res in ea reperire, sed quasdam deficere? Probè distinguendum est, Num, quis eo tempore, quo de tumultu vel miserabili casu non cogitabatur, res aliquot Valisiz vel cistaz incluserit, ita ut omnium, inclusarum exactam habuerit scientiam, & postea cistam similive receptaculum exorto casu tradiderit; itidē attendendum est, num cista vicissim clausa vel signata seu prout tradita fuit, reddatur & tunc deponens tenetur assertionē suam, qua plus, quàm reperit, intendit probare, seu depositarium convincere plures res in cista fuisse Masc. *d. probat. vol. 1. concl. 510.* Sin autem cista non ita clausa neque obsignata deposita fuerit, & deponens dicat, se res omnes non recipere, interest, num ipse depositor reposcat depositum, num ejus heredes. Priori casu juramento deponentis statatur, ita ut duplum restituatur, nisi qualitas facti aliud velit, ut si facillè potuerit referari cista, vel de integritate fideque depositarii satis constet, vid. Menoch. *d. arbit. judic. quest. lib. 2. cas. 208. n. 26.* Pruckman. *consil. 41. n. 62.* Posteriori verò casu, si nempe heredes agant, Depositario juramentum imponendum venit, prout Facultas Juridica teste Georg. Beato *in sentent. defin. d. contractib. part. I. cap. 3.* respondit: Als Ihr uns Bericht gethan/wie ein Doctor einem Studenten eine Lade oder Kasten unverschlossen und unversiegelt zugestellet / und wie hernach anderswo der Doctor gestorben / und was vor Mangel gefunden / und gebehthen habt / Sprechen W. Ob wol gemelter Student mit der Haussuchung / davon eure Frage meldet / billich verschonet wird / Dieweil Er aber dennoch geständig / daß der Doctor, als Er Ihme die Lade zuverwahren gegeben / zu ihm gesagt / daß Er alle seine Armuth in der Lade habe / und der Erben Diener / dem Er die Lade zugestellet / gesagt / daß die Lade nirgend so schwer sey / als sie gewesen / da Er sie auf den Wagen getragen / und gemelter Doctor sonst gegen einen Magister sich vernehmen lassen / daß Er die Lade höher achte / denn sein Haus / welches er doch um 900. Gulden und hoher gebolthen / und als ihm der Magister einen Thaler des alten Schlages / mit Köpfen / auf beyden Seiten geweiiset / gesagt / er habe der auch wol / und sonst aus des D. Hand.

Handschriften befunden, daß er in majore 130. Thlr / in minore 20. Thaler neben anderm Geld verzeichnet / und daß er sonsten noch eines Sacks/daraus man 60. Gulden entrichten / und die Übermaß seiner Hausfrauen und Kinder zustellen solle / gedacht / aber gar kein Sack mit Gelde in der Lade / auch kein alter Thaler mit Köpfen gefunden worden / aber gleichwol des Doctors Hausfrau berichtet / daß sie/ehe der Doctor die Lade weggeführt / grössere Säcke mit Gelde in der Laden drinnen liegen sehen / so wird gemelten Studenten aufferleget / sich eyndlichen zu purgiren / daß Er aus solcher Laden nichts genommen / noch nehmen lassen / sondern dieselbe allenthalben / wie sie ihme der Doctor zugestellet / den Erben wieder überantwortet habe B. N. W. Add. Beult. *ad rubric. ff. de iurjur. Schneidevv. ad §. ult. Lijl. d. oblig. que quas. ex delict. nasc. n. 5.* Wissenbach. *Disputat 21. th. 18.*

Th. XXIV Casus est: *Mevius* in casu miserabili deponit cistram apud *Sempronium*. Hic in loco minus tuto habitans, cum aliquando rumor esset, accedere milites loca depradantes depositum tradit *Lemnio*, qui dolosè circa illud versatur, cistram, recludendo ipsamque spoliando. Q. contra quemnam depositarium agere possit Deponens? Sanè deponens non habet actionem adversus *Sempronium*, cum hic nihil admiserit; neque tamen adversus *Lemmium*, quoniam cum hoc non contraxit. Bene tamen agit adversus secundum depositarium, si primus actionem cesserit, per l. 16. ff. *deposit.* *Lenzius* in tract. d. *romin. cess. cap. 1. membr. 1. in fin.* Existimat tamen *Brunnem*. *ad d. l. 16.* Si primus depositarius decessisset, dari utilem actionem deponenti.

Th. XXV Non autem solùm depositarius Deponenti tenetur, sed viceversa Hic Illi. Hinc nascitur Actio depositi *Contraria*, quæ interdum appellari solet contrarium iudicium l. 5. in pr. ff. *depos. l. 1. §. l. 6. §. ult. ff. de his qui not. infam.* qua actione petitur id, quod impensarum nomine ergoatum est; l. 5. pr. l. 8. l. 12. pr. l. 27 ff. *depos.* *Oldendorp. d. action. class. 4. act. 23.* *Mozz. d. contr. act. in tit. d. natur. deposit. n. 26.* *D. Struve Syntagm. jur. Civil. exerc. 11. th. 44.* formulam libelli vid. apud *D. Schacherum in Collegio practico ad ff. tit. depositi.* Non autem locum habet in hoc contrario iudicio iusjurandum in litem l. 5. pr. ff. *depos.* *Pi-*

chard. *1. §. 28. Inst. d. action. qu. 20. n. 34.* Neque hæc actio contraria infamat, uti directa, de qua supra actum, quoniam in hac agitur de fide rupta, sive de dolo & perfidiâ, *l. 11. ff. d. his qui not. infam.* In illa verò agitur tantùm de indemnitate depositarii, quam absque notâ perfidiæ facili negotio præstare potest *l. 6. §. ult. ff. eod.*

Th. XXIII. Et hætenus de Actionibus. Quoniam verò ex proponuntur in *judicio*; in hoc verò ordo est attendendus, Doctores quamplurimi causam depositi, inprimis miserabilis, esse summariam & paratissimam habere executionem volunt vidd. relati à Rulando *part. 4. ib. 4. d. commissar. cap. 4. Menoch. ib. 2. d. arbitr. judic. questionib. addat. Mantica de tactis & ambig. convent. lib. 10. tit. 10. n. 1. Maxvius ad Jus Lubecense lib. 3. tit. 3. art. 2. n. 8. & p. 1. decis. 200.* Magnus enim favor est depositi in jure, ut ejus causa *celerrimè* cognoscenda & restitutio *illico* & *quandò ocinus* facienda Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 26. th. 7. lit. D.* Neque tamen propterea ordo judiciarius in hac causa ita sublatus est, ut nec libello, nec litis contestatione, nec scientiâ opus sit, *l. 10. C. deposit. D. Richter ad authentic. se. jam C. depositi n. 3. & 4.* quod tamen nonnulli ita intellectum volunt, si ipsa probatio depositi altiore indagine exigat, ut si testibus expedienda sit Ruland. *tract. d. commissar. lib. 4. p. 4. c. 4. n. 35. Maxvius p. 2. dec. 37. n. 3.* quia testium examen sine legitimo solennique processu, h. e. libello & litis contestatione fieri nequit, Coler. *ad cap. venerabilis X. d. except. n. 70.* Si verò per instrumentum veniat probandum depositum, judicium illud depositi adeo summarium esse volunt, ut in eo citra libellum, litis contestationem & reliqua solennia judicii, executivè procedatur, vid Berlich. *p. 1. concl. 80. n. 64. Coler. d. process. execut. p. 3. c. 2. n. 19.* Quam tamen sententiam restringunt ad instrumenta paratam executionem habentia. Ita Maxvius *d. l. decis. 37. num. 2.* ait: *Si ex instrumento fide digno & paratam executionem habente de deposito constat executivè ac levato velo procedendum erit.* Sic quoque D. Hahn. *ad Wesenbec paratit. tit. depositi. n. 15. in fin.* processum summarium admittens de instrumento paratam executionem habente loquitur. *Q. Si statutum sit, ut nullum instrumentum habere debeat paratam*

tamen executionem! Respond. & Sebast. Medic. p. 1. d. *compensat. qu.*
19. n. 6. Instrumentum depositi statuto isto non comprehendi, sed
exicipi.

Th. XXVII Non minimum quoque privilegium est depo-
siti, quod quadrimestre illud spatium, quod aliàs condemnatis
miserationis gratià in *l. fin. C. d. execut. rei judic. l. 2. & l. fin. C. d.*
usur. rei judic. indultum est, depositario non detur *Costal. ad l. 1.*
ff. deposit. Mantica d. sacis. & ambig. convent. libr. 10. tit. 10. num. 3.
Aliud tamen dicendum est in deposito irregulari, in quo usus
depositi concessus fuit ab initio, cum hic contractus ad naturam
mutui propius accedat, neque propterea omnis delatio dene-
ganda videatur *Menoch. d. arb. jud. quest. lib. 2. cas. 18. in fin.*

Th. XXVIII Per *Contraria* intelligimus modos, quibus tol-
litur depositum, inter quos est (1.) *Revocatio*, quando deponens
repetit rem depositam, & tunc post revocationem statim expi-
rat depositum, quæ revocatio fieri potest, quodcumque depo-
nenti libuerit *l. 1. §. 2. ff. l. pen. C. deposit.* Exceptiones vide apud
Eckoid. *ff. deposit. §. 6.* (2.) *Restitutio*, quando depositarius ex ju-
sta causa restituit depositum *arg. l. 1. §. 2. ff. deposit.* (3.) *Interitum*
rei depositæ l. 14. §. 1. ff. deposit. Si scilicet casu tortuito apud de-
positarium pereat statim expirat depositum, quia ejusmodi casum
nemo hominum providere potest, *D. Præses ad l. 23. ff. d. R. J.*
(4.) *Novatione*, ut quando expressè inter contrahentes conve-
nit, ut desinat esse depositum & incipiat mutuum, locatio condu-
ctio, emptio venditio vel alius contractus. Atque hæc de hacce
materia dixisse sufficiat. Sequuntur

COROLLARIA.

I.

In Deposito compensatio non admittitur *§. 30. Inst. d. actio l. pen.*
C. deposit. l. ult. §. 1. C. d. compensat. neque interest, an pe-
cunia deposita sit, an alia res quævis *l. 11. C. de pos.* imò licet
invicem depositario debeatur, Debitumque sit purum &
liquidissimum *Zanger tr. d. except. part. 3. c. 8. n. 118.* An au-
tem compensatio in deposito irregulari locum habeat, Q?

Ita eximat Bachov, *Ad Trentl. vol. 1. disp. 26. th. 7. lit. B.* Contrarium tamen sentiunt allegati à Carocio *nt. decis. depositi n. 21.* add. Sebast. Medices *tr. d. compens. part. 1. q. 19. n. 3.* Fallit tamen in deposito, quod descendit ex alio contractu, qui converteretur in depositum v. g. si mutuam mihi debes pecuniam, eamque apud Te deponam, cessat privilegium depositi, & compensatio habet locum Gratianus *discept. forens. tom. 2. cap. 273. n. 11.* Fallit quoque in actione depositi contraria, ut locum habeat, v. g. Si depositarius agit ratione impensarum, quas militibus, ut parserint fracturæ depositi, dedit, agat, & deponens habeat depositarium debitorem, debitumque sit liquidum, compensatio omnino procedit, Trentacinq. *lib. 3. resol. 1. d. compensat. n. 7.* Christinzus *vol. 3. decis. belgic. 38. n. 7.*

II.

Casus est: Mevius deponit 1000. apud Sempronium. Hic moritur. Concurrent Creditores deque præferentia concertant. Mevius, cujus nummi adhuc extant illos vindicaturus præferitur quidem omnibus creditoribus jure Dominii Magn. D. Struvius *Syn. Jur. Civil. exerc. 44. th. 44.* Sed quaritur, Num Mevius concursum una cum creditoribus subire teneatur? Affirmat. per rationes à Salgado *Labyr. Creditor. p. I. c. 11. n. 100. 105. 111.* allatas.

III.

Casus est: A. tradidit B. 1000. Imperiales eâ tamen lege, ut si depositarius uti pecunia ista velit, usus ipsi concessus sit. Cum verò multû æris alieni sustinuerit, oritur concursus Creditorum. Reperiuntur adhuc nummi isti mutuo dati penes B. Certat A cum reliquis de prioritare detenditq; sibi jus prælationis competere. Q. Num in casu depositi irregularis jus prælationis locum habeat? Negat. per tradita Carp. *zovii p. 1. c. 28. d. 15. n. 4.*

IV.

Casus est: C. deponendam tradidit D. 100. imperiales. Depositarius nummos istos in suum usum convertit. Exoritur concursus Creditorum, Q. num C. omnibus aliis erè litoribus

ribus non tantum personali privilegio fruētibz, sed hypothecariis v.g. doti, fisco præferatur? Ita existimat Beuther *rr. d. jur. prælat. p. 2. c. 14.* Contrarium tamen, sc. deponenti privilegium personale saltem tribui, ita ut chirographariis & similiter non privilegiatis quidem præferatur, sed non hypothecariis, verum hiæ postponatur sive expressam, sive tacitam habeant hypothecam defendunt D. Richter *d. privileg. Credit cap. 2. membr. 1. n. 12. & cap. 5. n. 10.* Berlich. *p. 1. concl. 64. n. 10. & concl. 70. n. 2.*

V.

A Collationibus bellicis immunes sunt omnes personæ ecclesiastica *authent. cassa & irrita C. d. SS. Eccles. c. quanquam de censibus in 6to* Qualis immunitas Clericorum intelligitur de personalibus, sordidis & extraordinariis muneribus *l. 6. C. d. Episc. & Cler. l. 5. C. d. SS. Eccl.* Sordida autem munera olim habebantur; Cura conficiendi pollinis, panis excoctio, obsequium pistrini, paraveredorum & parangiarum præbitio Lucas de Penna *ad lib. 10. C. d. ex action. scribitur.* excubias agere, custodes portæ ad stare, & similia, quæ ex personæ dignitate & religionis more solent æstimari. Ratione bonorum temporalium patrimonialibus, & realibus oneribus subjacent *l. fin. §. 24 ff. d. muner. & honor. l. 8. §. ff. v. a. & excusat. mun.* Nec immunitas munerum publicorum simpliciter concessa à muneribus patrimonialibus liberat, nisi specialiter privilegio dato sit. Christinus *vol. 3. decis. 43. n. 6. & 12.*

VI.

Privilegium non præstandorum onerum etiam si amplissimum sit, non tamen extendendum est ad non cogitata, & ea quæ necessitas inopinata imponit *l. 9. §. 1. ff. d. transitu. Revers. Imp. d. anno 1544. §.* Und dennach sollen die Untertanen / d. anno 1598. §. Diweil denn d. anno 1603. §. Nachdem & d. anno 1613. §. Nachdem es nun / omnes contribuere jubentur *Geistliche und weltliche / sie seyn exemt oder nicht exemt, gefreyet oder nicht gefreyet / Niemand ausgenomen.*

TANTUM!

Necessitas semper mihi fuit mules
Cum fratre dilecto tuo; notis cujus
Vestigiis, magna que laude tollendis
Tu non minus, ceu sperat omnis, insistes.
Habes, Amice, quem sequaris; istius
Causa tuis conatibus magis egor
Favere, Teque magno amore complecti.
Faxit benignus Numinis favor, Scriptum
Ut hocce vergat, in Tuum decus, famam
Accommodum, Tuumque proprium fructum.

Quod animatus vobis

PRÆSES.

Non laudes decanto tuas, suavissime Amice.
*Nec cupis: ipse paras publica signa dare.
I, felix, faustus, comes est Themis alma; beabis
Tunc modo sic pergit, nomen Apollo tuum.*

Sic

Clarissimo Dn. Respondenti, Præseos
auditori, fautori que suo cha-
rissimo
gratulatur

JOH. FRID. GEORGI.

Curiar. Saxo-Ducalium Advoc.
Ordinar.

Nobilissimo atque Per-Eximio

DOMINO

CHRISTIANO SÖLDNERO

J. U. Studioso indefesso, præsentisque

Dissertationis Auctori laudatissimo; Domi-
no Fautori atque Amico suo longè
æstumatissimo:

Deposium reddens verbis *Miserabile clarum,*
Ingenii specimen nobile ponis eò.

f. f.

M. JOHANNES FRIDERI~~US~~US SÖLDNER.